

ter mundanos tumultus relinquere. bona saculi. Indeq[ue] Petrus, non beatus acclamatur princeps- que Ecclesie c[re]atur, quando omnia sua dimittit, sed cum Christi celsitudinem attestatur, inter tot tamq[ue] diuersas opiniones: alij Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij Ieremiam: veritatem deprehendit, ac cognoscit: Tu es Christus filius Dei, D. Hilarius Canon. 16. in Matth. Dignum autem confessio Petri premium consecuta est, quia Dei filium in homine vidisset, unde sequitur, respondens autem Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bar-jona.

Hilarius.

123. Sacerdos, etiam iniquus, venerandus.

Ioan. 21.

124.

Psal. 105.

Eccles. 45.

Incognitus. Sacerdos iniquus multum etiam venerandus.

125.

Ioan. 20.

Ioan. 20.

Cyillus.

Septimo. Quamuis Petrus Dominum esset negaturus, ab eo tamen beatus predicatur, Constituebatur Petrus totius sacerdotalis dignitatis caput, in eoque omnes Ecclesiastici intelligebantur; quorum dignitatem vult Deus in tanto honore haberi, vt vnus sacerdos, quamuis alius peccator, ita venerandus, ac colendus, ac si vnus esset beatus. Hac etiam forte de causa, tam in presenti, quando sacerdotalis dignitas ei promittitur, ac quando post Resurrectionem ei confertur Ioan. 21. n. 15. non tantum Petrus, vel Simon appellatur, vt fieri solebat, sed addito cognomine Simon Ioannis; vt maiori honore, ac reuerentia eum prosequi videatur.

Describens Regius Vates, quomodo Dathan, ac Abiron ob principatus ambitionem se se conspirauerint, ac erexerint contra Moysen, & Aaron, ait: Irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini, Psal. 105. num. 16. Mirum valde est, quod preexcellentium sanctitatis nomen, non Moysi, sed Aaron ascribitur. Aaron sanctum Domini. Cum Moyses ab ore diuini Spiritus canonizatus habeatur, de eoque dicatur, Similem illum fecit in gloria sanctorum, Eccles. 45. num. 2. Aaron vero in aliquot peccata sit prolapsus: Vitulum fabricauit, contra fratrem murmurauit. Et tamen nomen sanctitatis, non Moysi, sed Aaroni apponitur. Noster Incognitus, Aaron summus sacerdos ceteros Ecclesie prelatos significabat. Non Moyses, sed Aaron, quamuis aliquibus delictis infectus, cum tamen sacerdos extitisset, sacerdotes representans, sanctus acclamatur; vt inde intrueretur, quantus honor, quantaque reuerentia deferenda sit sacerdoti, etiam delinquenti, quodammodo plusquam viro iusto & sancto ab ore Dei approbato, & testificato; tantum ille a nobis est ob dignitatem colendus.

In ipso sacro Resurrectionis die Magdalena summo amoris affectu Iesum quaerebat, cumque ipsum recognosceret, ad illumque appropinquaret, ei dicitur: Noli me tangere, Ioan. 20. num. 17. Et tamen hoc concedit Thomae, cum incredulus existeret, post dies enim octo apparet Iesus ait illi: Infer digitum tuum huc, & videmanus meas, & asser manum tuam, & mitte in latus meum, Ioan. 20. num. 27. Quod ponderans D. Cyillus Alexandr. lib. 12. in Ioan. cap. 58. ait: Recordamur Magdalenam a tactu Christi prohibitam, Noli, inquit, me tangere; Thomas honoratur, vt & latus, & clauorum fixuras diligentius tangendo, & manum, aut digitum innutendo perquirat, Maxime animum pulsat, scire, cur Thomae, qui commiserat peccata, incredulitatis scilicet, pertinaciae, irreuerentiae, ac praesumptionis, vt notant expositores ad citatum Ioannis locum, conceditur, non solum vt Iesum tangat, sed etiam vt manus mittat in vulnera eius seruata post Resurrectionem, cum tamen Magdalena, quae feruido charitatis igne

aestuabat, a tactu prohibeatur. Rationem praebet citatus noster Cyrillus. Thomas, ait, hoc licebat, quia vna cum aliis Spiritum suum consecutus, ad vniuersum namque Discipulorum consortium, liberalitate donantis, vox illa transiit: Accipite Spiritum sanctum, &c. Thomas a Domino fuit consecratus sacerdos cum potestate peccata remittendi, Thomas honoratur, vt latus, & clauorum fixuras diligentius tangendo perquirat, Cum ergo Thomas inauguratus esset sacerdos, quamuis alius delinquens, inde tanto in honore, ac respectu habetur, vt Dominum Iesum tangat quod Magdalena summè dilectrici, ac eximio amore aestuanti denegatur.

Cyillus.

Sacerdos, quamvis alius peccator, etiam honorandus.

QUESTIO XV.

Quare, cum alij, imo etiam ipse Petrus in alia occasione Christum filium Dei acclamassent, nullus tamen eorum ita remuneratur, vt Petrus in presenti?

MULTI confessi sunt Christum filium Dei, vt Nathanael: Rabbi, tu es filius Dei Ioan. 1. num. 49. Illi, qui cum Apostolis erant in nauicula, dixerunt. Vere filius Dei es, Matth. 14. num. 34. Ipse Petrus post admirabilem sermonem de Eucharistia ait: Domine, nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. Ioan. 6. num. 66. Martha etiam dixit: Ego credidi, quia tu es Christus filius Dei vini, qui in hunc mundum venisti, Ioan. 11. num. 27. Cur ergo non ita remunerantur isti, vt Petrus in presenti?

Respondent primò ad hanc quaestionem Chryl. 1. homil. 55. in Matth. & in cap. 1. Ioan. Theophylactus, Euthymius, Albertus Magnus, S. Thomas, Lyranus, Caietanus, D. Bonau. quòd Nathan. & qui erant in naui, non sunt beatificati, vt Petrus, quia Petrus existimauit Christum filium Dei naturalem; illi vero filium Dei adoptiuum, licet valde praecipuum. Alij tamen, vt Tertullianus lib. contra Praxeam cap. 21. Glossa ordinaria, & Interlinealis, D. Cyrillus, D. Augustinus, & alij in Ioan. probabile existimant, Nathanaelem Christum cognouisse filium Dei naturalem.

Dicendum est, iuxta ea, quae dixi tom. 1. lib. 3. cap. 6. quæst. 15. num. 106. quòd Nathanael, Apostoli ante hanc Petri confessionem; & idem forte dicendum de Martha, cognouerunt ex sermonibus Christi, ac eius operibus, & ex Scriptura, ipsum esse verum Deum, & filium Dei naturalem; hoc tamen conceptu valde obscuro, confuso, ac tenui; & qua ratione id esset, an per generationem, seu alium modum, seu denominationem, ignorabant, clarè, ac distinctè hoc concipere, ac explicare non valebant. Et etiam ait Abulensis quæst. 59. quòd licet Discipuli cognouerint Christum verum filium Dei; tamen ista cognitio non fuit permanens, & firma vsque ad Christi mortem. At D. Petrus, ex reuelatione Dei Patris illuminatus, clarè, distinctè, ac valde preexcellè cognouit Christum Dominum verum Deum, æternum, & a Deo Patre per generationem æternam illi substantialiter genitum; idque pleno ore, ac constanter omnium primus in aliorum praesentia est confessus, & attestatus, indeque tam magno praemio remuneratus.

Secundò D. Hilarius in Matth. can. 16. Dignus in dicitur.

126. Ioan. 1.

Matth. 14.

Ioan. 6.

Ioan. 11. Ratio diffcultatis.

127.

Chryl. Theophyl. Euthym. Alb. Magn. Thom. Lyran. Caietan. Bonauent. Tertull. Gleff. Ord. & Inter. Cyrillus. August.

128. Vera sententia.

Abulens.

Petrus primus clarè, & distinctè cognouit Christum filium Dei naturalem.

129. Hilarius.

indicatus, ait, qui, quod in Christo Dei esset, primus agnosceret. O in nuncupatione noui nominis felix Ecclesie fundamentum, dignaque edificatione illius petra, quae infernas leges, & Tartari portus, & omnia mortis claustra dissolueret! Et idem fere habet lib. 6. de Trinit. Petrus ex eo, quòd confessus est Christum Dominum filium naturalem Dei, promeruit, vt totius Ecclesie caput constitueretur. Cur non potius Ioannes, qui altiori, & sublimiori methodo vniuerso Orbi aperuit, explicauit, ac scripsit Christum filium Dei naturalem per æternam generationem à Patre, illique substantiali, cum intonuit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, &c. Ioan. 1. Petrus extitit primus Apostolorum, qui Christi diuinitatem agnouit, & praedicauit: inde tam excellenti prerogatiua sublimandus fuit, vt in eius fide Ecclesia edificaretur, & qui sua confessione tartareos errores solueret, potestate sibi tradita illius portas confringeret. Dignus iudicatur, qui primus fuerat in Domini confessione, primus esset in dignitate. Vide tom. 3. verb. Primus.

Ioan. 1. Primus in aliquo veritate valde remunerandus.

130.

Marc. 5.

Marc. 1.

August.

Valde periculanda, non quae ex timore, sed quae ex amore sunt.

131. Damascen.

Res inopinata, gratior, & periculandior.

132.

Ioan. 6.

Tertiò. Dæmones Christum Iesum filium Dei clamauerunt, nam vnus dæmoniacus. Videns Iesum à longe cucurrit, & adorauit eum, & clamans voce magna dixit, Quid mihi, & tibi, Iesu fili Dei altissimi? Marc. 5. num. 7. Cum hoc testimonium videretur magni ponderis, vt pote ab inimicis, tantum abest, quòd Dæmones remunerationem obtinerent, vt silentium illis imperatum sit. Obmutescite. Marc. 1. num. 25. Cur ergo Petrus pro hac confessione tam eximio praemio est sublimatus? D. Augustinus homil. 17. ex Quinquaginta. Domine, ait, hoc tibi dixerunt & dæmones, quare illi non sunt beati? Quare? Quia dæmones hoc dixerunt timore, Petrus amore. Confessio diuinitatis Christi extorta est à Dæmone ex timore: Dæmones credunt, & contremiscunt: at Petrus ex charitate in Christum eximiam, cum verum Deum confessus est. Sicut enim, quod nil amoris obtinet, repulsam patitur; sic quod amoris est, Deo maximè iucundum, & gratum apparet.

Quartò D. Damascenus Orat. de Transfigur. Cum primum, ait, Discipulorum suorum consilium coegisset, atque illa vitæ petra cathedram sibi in petra quadam ex tempore struxisset, interrogabat Discipulos, Quem dicunt homines, &c. Discipuli in naui clamant, Vere filius Dei es: & tamen nec beati vocantur, nec Ecclesie principatum accipiunt; quibus omnibus cumulatiuè Petrus remuneratur. Vnde eius confessio tam plausibilis, & grata? Alij inter mirabilia, ac miracula, quae diuinitatem Christi testificabant, opportunè, ac veluti ex occasione signorum impulsu, eius diuinitatem recognoscunt. At Petrus inter varias hominum opiniones, & cum nullus naturam diuinam in Christo recognosceret, sed eum, vt referebatur, quidam dicerent Ioannem, alij Eliam, aut Ieremiam; tunc Petrus, cum res est inopinata, ac sine signorum occasione profluit, ac clamauit: Tu es Christus filius Dei vini. Inde confessio Petri tam plausibilis: res enim inopinata periculandior, & gratior. Cathedram sibi in petra quadam ex tempore struxisset. Sedem suam edificabat ex tempore, hoc est sine tempore, quando variae opiniones referebantur, vt tunc talis confessio esset inopinata, & sperari non posset.

Quintò. Post Eucharisticum sermonem Petrus Christum confiteatur filium Dei: Nos credimus, & cognouimus, quia Tu es Christus filius Dei. Ioan. 6.

num. 69. Et tamen tunc nil in praemium accipit, vt in praesenti. Respondet Toletus ad citatum Ioannis locum annot. 35. Factum id esse existimo, quia his verbis potius Dominus Discipulos in humilitate continere intendebat, ne aliis recedentibus, ipse tanquam perseverantes superbirent. Apud Caesarem ex sua Confessione laudatur Petrus, confitens Christi diuinitatem, quia videbatur sibi, idem cum aliis Discipulis de Domino sentire, vt putat Chryl. 1. homil. 1. qui omnes firmiter suo Magistro adhaerebant; vnde quantum à Domino laudaretur, non erat ansa, vt inaniter exultaret. At apud Ioannem multi à Domino recedebant: Ex hoc multi Discipulorum abierunt retro. Quando ergo Petrus inter tot, tanquam multos transfugas firmus in fide cum Domino perseverat, nec recessum cogitat, sed in admirabilem confessionem prorumpit; non laudibus celebratur, ne ex sua perseverantia, ac confessione aliquantulum superbiret, ac aliis se praeferret. Praclarum diuini Magistri documentum, vt semper Discipulis arrogantiae ansa amputetur.

Toletus.

Chryl.

Arrogantia ansa in Discipulis amputanda.

133.

Sextò. Pro hac magna Confessione: Tu es filius Dei: nec Nathanael, nec Discipuli in naui, vt notauimus in limine quaestionis, tanto sunt munere nobilitati, vt Petrus pro hac sua confessione, Petrus in alia occasione, cum, iubente Domino, ad ipsum super mare deambulans veniret, cum cepisset mergi, haesitauit in fide; vnde ei dicitur: Modice fides quare dubitasti? Matth. 14. num. 31. Ex hac reprehensione Petrus in fidei negotio valde cautus euasit, vt data occasione, iam non fluctet, sed firmus persistens magnam fidei confessionem proferat: Tu es filius Dei. Inde merito regimen Ecclesie illi confertur: qui enim reprehensionis est capax, illaque melior redditur, gubernaculo, ac imperij regimini valde aptus inuenitur.

Matth. 14.

Vir reprehensionis capax, aptus imperio.

Cum Nathan ex Dei mandato sub proposita parabola ouis argueret Dauidem de suo peccato; dixissetque Rex: Filius mortis est vir, qui hoc fecit; ouem reddet in quadruplum. Statim Nathan ad eum ait: Tu es vir ille: Hac dicit Dominus Deus Israel: Ego unxi te in regem super Israel, ego erui te de manu Saul, dediq[ue] tibi domum Israel, & Iuda: & si parua sunt ista, adiciam tibi maiora. 2. Reg. 12. num. 7. Res maximè examinanda. Accedit Propheta, vt Regem ob suum delictum increpet; & minæ, ac terrores, à quibus exoritur, sunt noua donorum pollicitationes, quot scilicet, & quantæ acceperit è manu Dei, & quod si illa pauca censentur, multò maiora duplicabuntur? Et si parua sunt ista, adiciam multo maiora. Rabbi Salomon existimat, quod quando Propheta dixit illa verba. Tu es ipse Rex: statim ille dimisit vultum, totus in lachrymas profusus. Sicque colligit ex Hebraeo Caietanus. Quod antequam haec verba Propheta proferebat, Dominus fecit transire peccatum tuum, Deus condonauit illud. Merito ergo ei dicitur: Si parua sunt ista, adiciam multo maiora. Qui enim admonitione, ac reprehensione ita respicit, meliorque est effectus, vnum integrum Israel parum est illi; totius Orbis regna, & imperia promeretur. Vsque modo merita Dauidis vno Israel regno videbantur compensata, at cum ita arguitione acquiescit, iam vnum illi est inaequale regnum; omnia regna promeretur.

134.

2. Reg. 12.

Rabbi Salomon.

Caietan.

Qui reprehensione proficit, imperia dignus.

Perpende Patriarcharum gesta, & deprehendes, quòd antequam quilibet eorū ad magna esset subleuatus, per multos labores à Deo est probatus.

135.

Sig

Sic Iacob per multas molestias requie in Ægypti potitur. Ioseph per carceres, odia fratrum, falsa testimonia, ad secundum post Pharaonem locum deuenitur. Dauid per varias persecutiones corona regni insignitur. At Moyses antequam à Deo esset vocatus, totiusq; populi dux constitutus, illud nobis de eo narrat Scriptura, quòd cum vidisset vnũ in Ægyptiũ inferentẽ iniuriã cuidam Hebræo, Ægyptiũ interfecit, & abscondit fabulo; cumque altera die duos Hebræos rixantes vidisset, eosque pacificare vellet, dixit illi vnus ex illis: *Quis te constituit principem, & iudicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptiũ?* Exod. 2. num. 14. Acti diceret, vt explicat Lippomanus. *Quasi dicat, tu es violentus, & homicida, idcirco emenda te ipsum.* Quo audito statim Moyses abiit, & fugit. Non est electus Moyses dux populi ob Ægyptij cædem, in eo enim casu ipse peccauit, vt docent D. Augustinus, Caietanus, & alij. Nec etiam videtur electus ob fugam, illa enim cuiusdam timiditatis est indicium. Tamen D. Stephanus in Actis Apostolorum cap. 7. n. 35. videtur innuere, quod ob secundum euentum constitutus est populi dux: *Hunc Moysen, quem negauerant, dicentes, Quis te constituit principem, & iudicem? hunc Deus principem, & redemptorem misit.* Quid ergo in hoc facto, in hoc recessu apparet ad tantum rerum apicem? multum sanè. Qui enim, cum regni esset reputatus princeps, tamen admonitioni vnus Hebræi captiui acquieuit, ac ob illam desistit, cautiore factus est, valde idoneus, ac proportionatus inuenitur, vt vnũuerso populo præficiatur, Deusq; Pharaonis sit designatus.

QVÆSTIO XVI.

Quare, cum hac reuelatio facta fuerit à tota Trinitate, tamen soli Patri tribuitur.

136. **A**IT Christus Dominus Petro, quòd ei Cælestis Pater ipse cum illo consubstantialitatem reuelauerit. Pro quò D. Hieronymus de vera circuncisione sic loquitur: *Quando reuelauit Pater? Quo tempore Deus cum Petro locutus est? Reuelauit, inquit, Pater meus, hoc est dicere, operibus credidisti, que loquuntur filium Dei.* Videbitur mirum, quòd diuinus Pater dicatur Petro manifestasse filij sui diuinitatem. Quando Pater verba habuit cum Petro? quandoque Petro indicauit sui filij generationem? Aperuit diuinus Pater Petri oculos, vt agnosceret, & intelligeret Christi opera; & in ipsis operibus ostensis Iesus diuinitatem agnouit. Tam patenter Christi opera eius consubstantialitatem indicabant, ac si alicui cælestia secreta fuissent referata.

Hieron.

Christi opera eius diuinitatem indicabant.

137. Veniamus magis ad quæstionem. Dicitur, quòd Pater Petro reuelauerit. Sumitur Pater pro ipso Deo, vel pro prima persona, quæ à nulla procedit, & reliquæ ab eo procedunt, ab eoque omne bonum proficitur, & omne verum lumen ab eo descendere dicitur. Iacob. 1. num. 17. De Spiritu sancto non fit mentio, quia pro tunc non erat tempus proportionatum ad illius manifestationem: post Resurrectionem tertia persona expressè fuit detegenda, vt notat Salmeiron tractat. 1. §.

Iacobi 1.

Sed Pater; quando dixit Dominus: Euntes docete omnes Gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Matth. 28. num. 19. Hæc ad litteram dicta sunt.

Salmeiron. Matth. 28.

Deinde magis sic quæro: Actiones ad extra sunt communes toti Trinitati, vt est commune proloquium Theologorum, & in præfenti notat D. Anselmus: Reuelatio autem hæc quid ad extra erat; ac proinde à tribus diuinis personis: quomodo ergo Christus Dominus eam soli Patri refert, & non etiam sibi, cum esset filius Dei vnigenitus, ac secunda persona Trinitatis? Cur non ait, Hoc tibi reuelauit Pater, Filius, & Spiritus sanctus, seu tota Trinitas? Cur hoc tantum Patri adscribit? Hæc reuelatio facta est in Christi gloriam, & laudem ad publicandam eius diuinitatem: non ergo se, sed Patrem, vt pote personam realiter distinctam, assignat auctorem, vt hoc suo exemplo nos informaret, quòd in nostris magalibus euulgandi, nullus sit suorum proclamator, sed alius est distinctus exorator assumendus.

138.

Anselm.

Nemo sit suorum laudum proclamator.

139. Apocal. 5.

Græcus.

Cornelius.

Videt Ioannes in manu Dei librum signatum sigillis septem, & quod nemo poterat, neque in calo, neque in terra, neque subius terram aperire librum, neque respicere illum, Apocal. 5. num. 3. neque respicere, Græcè. *Neque euoluere, legere, seu explanare librum,* seu ea, quæ in libro erant scripta, vt annotat Cornelius à Lapide. Tunc Agnus, qui astabat in medio seniorum, accepit librum, & illum aperuit: indèque intonant Angeli: *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, diuinitatem, & Sapientiam, & fortitudinem, honorem, gloriam, & benedictionem.* Multum ponderandum, quòd de libro referuntur duo, *Nemo poterat aperire librum, neque respicere illum,* hoc est legere, seu explanare. Si Agnus aperit librum, cur etiam illum non legit, & explanat? Liber ille continebat gesta, ac opera Christi Domini, vt tradunt Andreas Cæsariensis, Aretas, Primasius, Ansbertus, Richardus, & alij. Agnus aperit librum, Christus Dominus aperit, ac manifestat sua præclara gesta, miracula, vitam, mortem, & passionem; suam tamen magnitudinem, ac excellentiam explanare, ac dicere, hoc ipse tacet, & prætermittit, aliisque proclamandum committit, vt decantent: *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem,* hoc est prædicari de eo virtutem, & diuinitatem. Vide supra num. 36. & multa tom. 2. & 3. Ver. b. Lam.

Andreas Aretas. Primasius. Ansbertus. Richardus.

QVÆSTIO XVII.

Quare non solum dicitur, quòd Pater reuelauerit, sed ponitur exclusiua: Caro, & sanguis non reuelauit?

AIT Christus Dominus Petro: *Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in calis.* Nonne sufficiebat dicere, Pater reuelauit tibi? ad quid vterius additur illa exclusiua, *Non caro, & sanguis?* Hæc confessio meritum extitit, ob quod Petrus Ecclesiasticam dignitatem est assecutus: bene exprimitur, quod non à carne, & sanguine prouenerit; merita enim ad Eccles. prælaturas, non ab humana conditione, sed ab inspiratione, ac infusione diuinæ gratiæ debent in nobis oriri, ac pullulare. D. Leo serm. 2.

140.

Dignitas Ecclesiastica non sanguine, sed meritis obtinenda.

in die suæ Assumptionis. *Vniuersitas sacerdotalis, non prerogatiua terrena originis obtineat vñctionem, sed dignatio cælestis gratiæ signet antistitem.*

Leo.

141.

Hieronym. Theodoret. August. Ambros. Prosper. Gregor. Genes. 24.

Genes. 32.

Thom. Angl.

Iacob, non sanguine, sed lacte benedictionis.

142.

Matth. 25.

Imperfectus. Hieron. Paschas. Beda.

Ioan. 1.

1. Ioan. 3.

1. Petri 2.

Ad munia Ecclesiastica, non filios, sed seruos vocat.

Imperfectus.

Matth. 16 num. 18.

Et ego dico tibi, Quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

VERSIONES.

Vatablus. Syriacus.

Et ego vicissim dico tibi: Quin etiam ego dico tibi:

Tu es petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non præualebunt ei.

Radix Hebr. apud Luc. Burgens.

S. Pactanus Epistol. 3.

Hebraic. apud Cornelium.

Græcus.

Vatablus.

Tu es rupes, & super hanc rupem.

Et portæ inferorum non coualescent aduersus eam.

Et portæ inferi non poterunt ei resistere.

Et portæ inferi non vincunt eam.

Portæ inferorum non præualebunt ei.

EXPOSITIO VI.

DIVVS Hieronymus. Testimonio de se Apostoli reddit vicem. *Petrus dixerat Tu es Christus filius Dei viui: mercedem recepit vera confessio, Christus ait: Ego dico tibi, seu, vt habet Vatablus, Vicissim dico tibi, Tu es Petrus. Ego qui sum filius Dei, dico tibi, non casto sermone, sed quem res ipsa consequitur. Tu es Petrus, Syriacus, quo idiomate Christus locutus est, habet, Tu es Cepha, & super hanc Cepham, Id est, Tu es Petra, & super hanc petram. Sic habent omnes versiones Originales, & Orientales. Tamen interpres Græcus, quem Latinus secutus est, retento vero sensu, non posuit femininum, sed masculinum; nam, quia Petrus vir erat, accommodauit ei interpret nomen masculinum, dicens, Tu es Petrus, quod idem vnũ est cum petra, quæ huic nomini tuo Petro responder, quod nomen à me tibi prædictum est. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, Ioan. 1. num. 42. Tu es Petrus. Hebraicus habet Selah, quod significat, non quamlibet petram, sed durissimam petram, seu rupem, quod dictum est Petro ob illius firmitatem, & constantiam.*

143. Hieron.

Vatablus.

Syriac.

Ioan. 1.

Hebraic.

Et super hanc petram, Petram, & iniquè Caluinus lib. 4. Institut. cap. 6. §. 6. Super hanc petram, hoc est, ac si dicat Christus, ait, super me ipsum, quia petra erat Christus 1. Cor. 10. n. 4. Tamen constantè omnes Patres per hanc petram Petrum principem Apostolorum denotari docent, quos latè referunt Maldonatus hic; Bellarminus lib. 1. de Roman. Pont. cap. 10. Suarius contra regem Angliæ lib. 3. cap. 10. à num. 8. Vbi latè adducunt omnes Patres. Et patet ex textu Syriaco, & Hebraico, Tu es petra, & super hanc petram, Et Christus loquitur cum Petro, & ad ipsum spectant antecedentia, & consequentia verba: Tu es Petrus, & super hanc petram, & tibi dabo clauis regni calorum, Quæ verba omnia eandem promissionem Petro continuant.

144. 1. Corint. 10.

Maldon. Bellarmia. Suar.

Sensus ergo est. O Petre, ob hanc sublimem fidem, ac confessionem tuam te constituo, vt post mortem, & resurrectionem meam sis fundamentum meæ Ecclesiæ: quam ei tradidit post Resurrectionem, cum dixit: *Pasce oues meas.* Ioan. 21. num. 16. Quæ verba sunt dicta Petro, eiusque successoribus, vt est perpetua traditio Ecclesiæ, & docent D. Chrysostrum lib. 2. de sacerdotio. D. Augustinus libr. 11. contra Faustum capit. 2. D. Cyprianus

145.

Ioan. 21. Chrysostr. August. Cyprian.